Ibit: & in tepido deseret ossa rogo:
Quã subeat aio meritorũ obliuia mo:
Et longa pietas excidat ista die
Dii tibi sint faciles: & opis nullius egentẽ
Fortunã prestent dissimilemq; mee
Si tamen hec nauis uento ferretur amico
Ignoraret forsitan ista fides.
Thesea pirithous nõ tam sensisset amicũ
Si nõ infernas uiuus adisset aquas
Ut foret exemplũ ueri phoceus amoris
Fecerũt furie tristis oreste tue.
Si nõ euryalus rutulos cecidisset in hostes:
Hyrtacide nisi gloria nulla foret
Scilicet ut fuluũ spectatur in ignib; aurũ:
Tempor sic duro: est inspicienda fides.
Dũ iuuat: & uultu ridet fortuna sereno:
Indelibatas: cuncta sequũtur opes
At simul intonuit: fugiũt nec noscit ulli
Agminibus comitũ qui m̃ cinctus erat.
Atq; hec exemplis quondã collecta priũ
Nũc mihi sũt propriis cognita uera malis
Vix duo tres ue mihi de tot superestis amici
Cetera fortune nõ mea turba fuit.
Quo magis o pauci rebus succurrite lesis:

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 172, f. 164v – Anthologia latina (http://www.e-codices.ch/fr/fmb/cb-0172/164v)